



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum
tam quadragesimales: q[uam] de sanctis**

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Feria. ij. prime dominice. xl. de iudicio vniversali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69837)

in celis. Quintum est rē. Ut quan-
do sunt bone vigilie. Clamādo de tur-
rione fac bonā custodiā de turre infe-
riori. Istud remedium: est assidua bo-
na operatio. Hiero. de conse. dist. v.
Nunq̄. semper aliquid boni facito:
vt diabolus te semper inueniat occu-
patum.

¶ Feria secunda prime
hebdomade. xl.

¶ De iudicio vniuersali.

Ibunt hī in sup

placium eternum: iusti au-
tem in vitam eternam.
Mathei. xxv. ca. Secundum senten-
tiam aug. Si aliquis esset qui de to-
ta scriptura nichil aliud sciret nisi so-
lum presentem lectionem hoc solum
sufficeret sibi ad salutem. Ideo quis
in ipsa continetur bonum et malum:
saluatio et perditio hominis. Cuz ve-
nerit inquit euangelista filius hoīs
in maiestate sua et omnes angeli cuz
eo: congregabuntur ante euz omnes
gentes. Scdm Tho. in. iij. di. xlvj.
Duplex est iudicium quo homo iudi-
catur. Unum particulare: in quo iu-
dicatur fm opera sua. De quo Eccle-
siastici. xli. hoc iudicium a deo omni
carni. ⁊ Apo. xiiij. Opera enim illo-
rum sequuntur illos. Aliud est vniuer-
sale: de quo hodie fit mentio. In quo
congregabuntur omnes gentes ante
iudicem: boni et mali. Et quia vt ha-
bet phūs. iij. topicorum. Inest deo ius-
ticiaz facere. Ideo cui liber dabit qd
suum erit. hic est ille equissimus iu-
dex qui facta nostra omnibus notifi-
cabit. Naū. iij. Renelabo pudēda tua
in facie tua: ⁊ ostēdam cunctis genti-
tibus ignominiam tuā. Ecclesia. Liber
scriptus proferē in quo totū continē
vnde mundus iudicetur. Iudex ergo
cuz sedebit: quicquid latet apparebit
nil inultum remanebit. hic est qui ra-
tionem exiget de aīa nostra. Ideo scri-
ptura Deutero. iij. Custodi teneip-

sum. ⁊ animā tuam sollicite. hic est
qui rationē exiget de tempore. Eccle-
siastici. vi. Fili conserua tempus ⁊ de-
clina a malo. Conserua tēpus. qz bre-
ue. i. ad cor. vij. Tempus breue est.
De qua in. iij. phūs. Nichil habemus
de tēpore. nisi nunc. i. presens tēpus
quia preciosum. Ber. Nichil precio-
sius tempore. Cuz venerit inquit fili-
us hominis. cōgre. ante eū oēs gētes
Boni ⁊ mali. Bonis dicet verbuz sa-
lutis. Venite bñdicti p̄ris mei possi-
dete vobis paratum regnum a con-
stitutione mundi. Malis dicet ver-
buz perditionis. Ite maledicti in ignē
eternuz. Vñ dicunt assumpta verba.
Ibunt hī in supplicium eternū De quo
iudicio tria sunt videnda.

¶ Primum: verificationis.

¶ Secundum ordinationis.

¶ Tertium consumationis.

¶ Circa primū. Querit̄ dubitā vtruz
iudiciuz vniuersale sit futuruz. ¶ Ad
hoc due opinionēs fuere. Una ē qz nō
Altera qz sic. P̄ria qz non sic pbat. Iu-
sticia requirit qz vna res semel bene
iudicata: bis non iudicetur: vt p̄z. ff.
de officio p̄oris. l. Observādū. Et. ff.
de iudicijs in. l. iudex. ⁊. xxx. q. v. c.
Judicatē. Ad p̄positū. Deus est iust⁹
iudex cū hoīez iudicet in morte. iuxta
illud Apoca. viij. Opera em̄ illoz se-
quūt illos. Ideo itez non debet iudi-
care in vniuersali iudicio. Unde Na-
uz primo. Nō iudicat de⁹ bis in idip-
suz. Ex hoc fundamento Saducei mo-
ri sunt ad negandum resurrectionem.

¶ Alia opinio dicit qz sic. Quia ho-
diernuz euangelium loquitur de hoc
Ad hāc officialitatē r̄deō fm Tho.
s. Tho. in. iij. di. xlvij. Et magistrum
in. iij. di. xlvij. ⁊ alex. iij. dist. xlvij.
Et Bon. in. iij. di. eadem ponit hanc
cōclusionē. Quod iudicium vniuers-
ale omnino est futuruz. Que pbat
rōibus auctoritatibus. Rōne triplici

¶ Primo. ratione diuine iusticie.

¶ Secōdo: ratione diuine sapientie.

¶ Tertio: rōe p̄fectionis humane ns

Ferla secūda prime hebdomade

ture. Primo rē. Ad diuinam iusticiā
pertinet malos perdere: et punire eos
fm demerita: vt patet. xij. q. ij. c. Cuz
deuotissimā r. l. Ita vulneratus. ff. ad
l. aquilā r. C. de fur. l. si quis. r. ff. de
penis. l. si capitalis. hec autē iusticia
cuz sit preclarissima virtutuz vt ha-
bet phūs. v. ethi. maxime habet repe-
riri in deo. Quia vt dicit sac^r Tho.
i. parte. q. xxi. ar. i. Cū quo est mēta
tor. Omne quod est potissimū deo ē at-
tribucdū. Si reperit in hoibus: inui-
ta magis in deo. Sz nota fm Alber.
q. q. tuor hnti epuri i deo: q. nullo mō
pnt repiri in hoie taliter. Primuz est
potentia infinita. Et hanc potentia
ostendit mundo: quando ipsum de ni-
chilo patrauit. iuxta illud. Terraz r
mare tu creasti. Secundum est sapiē-
tia infinita. ps. Omnia in sapientia
fecisti. Ro. viij. O altitudo diuinaruz
sapiētie r scientie dei. Tertiu est mi-
sericordia quam ostendit mūdo in ex-
pectatione peccatorum. Isa. iij. Expe-
ctat nos de^s: vt misereatur nri. Quar-
tuz est iusticia. Sed hāc mundo ple-
ne non ostendit. Quod apparet. Vidit
n^o em mala fieri. Un^o deuz vitupe-
rat. Alius vsuras committit. Alius
nigromantiam sequitur. Alius afa-
nat pauperem: verū tamen tales nō
pununtur de sceleribus suis. Unde
Dauid. Uidi impium super exalta-
tum. Et alibi. zelam super iniquos
pacem peccatorum videns. r iob. ad
mirans. xxiij. dicit. Quare ipij viuūt
sublimati sunt confortati sūt diuitijs
vere dormit et surd^o effectus est Joh.
viij. Ipse vero dormiebat. Ad proposi-
tuz Si iustus est: deber iusticiā face-
re in peccatore in presentiarum non
habet locum ergo fiet in iudicio vni-
uersali. Aliter deus non esset iustus.
Qd est impossibile. ij. Tim. quarto.
Bonum certamen certavi cursum. cō-
summavi si. ser. de reli. reprosi. ē mi-
corona iusticie quam red. mi. iustus
iudex. ¶ Secundo ratione rē. Ad di-
uinaz sapientiaz pertinet sublimare

virtuosos. Luc. i. Exultant humiles
Quia vt habet phūs. iij. ethi. honor
est exhibitio reuerentie in testimoni-
uz virtutis In eodez. Sol^o bonus fm
virtutem est honorandus. Ro. ij. Slo-
riā r honorem querentibus vitā eter-
nā. Ad ppositum. hoies q in hoc mō-
doruūt iuste fm lumē rōnis obrēpe-
rāt diuinis mādāt: merēt p mū in te-
stimoniū stutis vt p3 p phūs i. ethi.
Sz oppositū videm^o. Quidā lapidari
sūt vt zacharias. stephan^o Alij gladio
transuerberati: vt iheremias. Alij se-
cti vt Isa. Alij excoati: vt Barf. Alij
in craticula positi vt Laurenti^o. Alij
lacerati carnes: vt vincentius. Alij a
uulsi dētes: vt. b. Apolonia. Alij oclⁱ
eructi: vt lucia. Alij māmille unciē:
vt Agatha. Deus deuoto homini dat
angustias. hodie occidit pueruz cras
equum. Alia die a sellum. dat infirmi-
tates. Quum igit bonis cōgrua pēs-
nā hic a deo non reddantur. igitur
in iudicio quando sia corpi conu-
getur. glia ei contribuetur. Et ex hoc
vt habent Theologi in. iij. sia habet
naturale deliderium ad corpus suuz.
et cupit vniri corpi clamat quotidie
illud apo. vi. Usquequo dñe verus et
sctis non vindicas sanguinē nostrū.
Et p oppositum Illud. iudicium fugi-
unt damnati ratione huius vnionis
sie ad corpus propter maiorem pēs-
nam. Un ptz scā ratio: quō iudici-
uz vte est venturuz. ¶ Tertio sic rē.
Nā humana natura est impefecta id
est sia non est conuincta corpi. Unde
separatio anime a corpore est per ac-
cidens r contra eius naturaiem in-
clinationem. Quia vt habet phūs ij.
de anima homo constat ex sia r cor-
pore. et. iij. Meteo. homo mortuus
non est nisi equiuoce. Ideo ad per-
fectionem ipsius nature humane con-
uenit animam coniungi cum corpo-
re. Que conuinctio erit in iudicio. Et
per consequens erit iudiciuz vniuer-
sale. quaz veritatem confitetur Pan-
lus. ij. corin. y. omnes enim nos man-

festari oportet ante tribunal christi. r. xxv. di. c. Qualis est hic quisq; egreditur. talis in iudicio apparebit. Cū illa fide et iusticia. Et Aug. xx. de. ci. c. i. Tenet omnis ecclesia diveri christi Num de celo esse venturū: ad iudicā: dū vivos et mortuos. Et hiero ad A sellā de fictis amicis. Ante tribunal christi astabimus: ibi apparebit quā mente quis vixerit. Et Berni. quādā eplā. Veniet dies illa. quādo plus valebūt pura corda q̄ astuta verba: cō: sciētia bona q̄ mai supia plena: quod quidē iudex ille nō flectet donis nec faller hōis. Un p̄z veritas. ¶ Ad argumētū. Rūdet. f. Tho. in. iij. di. vbi supra Om̄s deus in iudicio nō iudicat hōm nē. Si em̄ punit aīam i morte nō punit totū hōiem. Quia aīa non ē hō sed pars hōis. Ideo cuz totus peccauerit corpore et anima totus puniendus est aut premiāndus. Iudicis quo nunc iudicat: iudicatur aīa non corpus. Ut igitur premiatur vel damnetur in utroq; hōie: op̄z iudicis esse venturū. Un p̄z primū mysterium.

¶ Secundūz rē. Ordinabit autē iudiciūz scōm Thomā quo ad tria.

¶ Primo quo ad locum.

¶ Secundo quo ad aspectum.

¶ Tertio. quo ad modum rē.

¶ Prio rē. Quia sup mōtē stabit et in valle Josaphat. q̄ inter montē syon. et oliuē sita est. De quo Joel. ij. Adducā oēs gentes in valle Josaphat. et disceptabo cuz eis. Sed dubiūz querit Quō est possibile q̄ ibi ster tāt̄ p̄pls cū vallis illa sit pua. Ad quod dicit ms̄ in. iij. Quod quotq̄ homines potuerunt ibi stare: ibi erunt. Alij vero circa vallem erūt. Alij propinquius quidam vero remotius. De sanctis vero dicit: q̄ erunt in aere cum xp̄o. iuxta illud apli. i. Thessa. iij. Rapimur cum illis: obuiam xp̄o in aera. Et ita dicit sanctus Tho. in quolibz. ix. ar. ij. ¶ Secundum ordinabit. rē. Quia sunt visuri xp̄m boni et mali. Sed nota s̄m Theologos q̄ boni vi-

debunt eum in gloria diuinitatis et humanitatis cū iocunditate cordis quia in primo gloriam expectabunt iuxta illud. Isa. xxxij. Regē in decore videbunt. Sed p̄ contrariūz mali videbunt in hūanitate in forma terribili: p̄uati visione diuinitatis. iuxta illud Isa. v. Tollatur impi⁹ ne videat gl̄iam dei. Ex qua visione: o aīa carā: grādus erit plange⁹ illis reprobis. De quo Criso. sup Mat. Plangēt iudei videntes viuētē et iudicantem: quē quasi mortuū existimabant. Plangēt gentiles: q̄ vanis disputatiōib⁹ decepti stulticiam putauerūt deū colere crucifixūz. Plangēt xp̄iani petōres: q̄ magis dilexerūt mundū q̄ deūz. Practica super istas generatiōs. fac orōnem o xp̄iane: vt det tibi gratiaz de⁹ plangēdi pctā tua hic: ne fleas in valle Josaphat. Quod bñ Job petebat. r. c. Dimitte q̄ me vt plangā paululum dolorē meū anteq̄ vadam et nō reuertar. ¶ Tercio ordinabit. rē. Contēplant doc. q̄ adueniente mundi fine q̄ soli deo est cognitus: vt dicit. f. Tho. iij. di. xliij. ar. ij. Xpus iesus cui p̄cessus est a p̄fe facere hoc iudiciūz: ip̄m manifestabit mat̄i sue angelis: aplis: et oibus aīabus factis. Mater mea inquit et vos serui mei: aduenit tēpus quo mundūz iudicēz: vt electi mei premientur in celo: et reprobī crucientur in inferno. Et vos angeli preparate ad hoc negociūz p̄agendum. Ad vocē eius letabuntur oēs. Et ratioe iusticie. iuxta illud ps̄ Letabitur iustus: cū viderit vindictā. Et ratione s̄m ij: quia premūz expectabunt. Et sicut rex tēporalis in regno suo. iij. solet obseruare: quando vadit dare aliquā s̄ntam diffinitūz. Ita rex spiritualis xp̄us iesus: hęc obseruabit. Primo premittuntur tibi: cines cum tubis: qui habent citare partes. Secundo p̄mittuntur serui et domicelli. Tertio associatur ipse cū suis senatoribus et cōmensatoribus. Ita xp̄us faciet. ¶ Primo premittet d iij.

Feria secūda

t bicipines. Qui erunt quattuor angeli
 dicentes alta voce ad quattuor ptes
 mundi. Surgite mortui. venite ad iu-
 diciū. Sic ad occidentē. ⁊ alias ptes
 mundi. Et subito oēs aie q̄ sunt in pa-
 radiso: ⁊ in inferno ⁊ alijs locis disp-
 si: vestient corpora sua: ⁊ ministerio an-
 geloy colligent pulueres: ⁊ contūgē-
 tur ainnab^o suis ⁊ sic fiet gñalis re-
 sur-ectio corporoy. De hac Tuba loq̄t
 apostolus. i. Coz. xv. Canet em̄ tuba
 ⁊ mortui resurgūt. Utrū autē illa tu-
 ba erit materialis: aut non. Duplex
 est opinio. Una Ricar. iij. dist. xliij.
 Vox huius tube non est cā efficiēs re-
 formationis corporoy: qz impossibile ē
 qz tuba habeat hūc effectū. erit tamē
 instrumentū diuine iusticie. ita qz est
 materiales. Alia opinio est Tho. su-
 per eplā Pauli. Quod vox istius tu-
 be est vox xpi. Sed dicit tuba instar
 tube veteris testamēti: que habebat
 cōuocare homines ad mouendum ca-
 strā: ad cōciliū. ⁊ huiusmodi. Ita vox
 xpi ad conducendum homines de se-
 pulchris ad iudiciū. Que vox erit
 valde terribilis. Et non immerito.
 Qz si xps mortalis fuit taz efficac̄ ad
 resuscitandū lazary: quando dixit la-
 zare veni foras: q̄to plus immortal.
 Figuratiue de hac voce habetur He-
 ne. iij. Si adā timuit vocem dei. Adā
 vbi es ⁊ abscondit se: ⁊ tñ illa vox erat
 mie vt parceret illi si veniam postu-
 lasset q̄tomagis timebunt reprobi.
 qui in inferno erunt damnandi voce
 dei que erit seuerē iusticie. De hac
 voce hiero. super Mat̄. Quotiēns
 diem iudicij considero toto corpore
 tremisco. Siue est comedam: siue bi-
 bam: siue aliquid aliud faciam semp
 videtur illa tuba terribilis insonare
 auribus meis. Surgite mortui veni-
 te ad iudiciū. ¶ Scdm̄ quod facit
 est qz premitit domitellos. cum in si-
 gnis regis. Sic xps p̄mittet om̄ia in-
 stramēta passionis q̄ intra se erūt re-
 formata. Cum cruce. corona. lancea. ⁊
 alijs. Et hoc ad confusionem pctōrū.

De hoc loquit̄ Mat. xxiij. Signum
 filij hominis appebit i celo. De quo
 ecclis. hoc signū crucis erit in celo:
 cū dñs ad iudicandum venerit. Qua-
 le hoc signū d̄ Pater. Marzochus.
 Anguis. Serra. Lupa. Aquila alba
 ⁊ nigra. Non Sed arma xpi. Cōtra
 dños tēporales q̄ nunc nō cruce: sed
 insignia sua in capellis ⁊ ecclesijs po-
 nunt. Un^o p̄ armis suis p̄stracū. Ali^o
 eq̄nam nālicam ⁊ c. Sed q̄rit aia cha-
 ra dubium. Quis feret hoc vexillum
 crucis. Quidā pdicant qz Joh. bap-
 tista. Alij qz Petrus. Alij qz Paulus.
 Alij autē magnis vocibus. Franciscū
 extollunt que sic etiā depingūt. Clas-
 ma. Stoliditas. Stoliditas. Stolidi-
 tas. Qz theologo volūt qz erit muiste-
 rio angeloy. ¶ Tercium quod facit
 rex ē qz de palatio suo descendit cum
 militibus. Sic xps q̄qz: cū matre sua
 angelis: ⁊ tota curia celesti: venient
 sup montē oliueti iuxta illud Isa. iij.
 Dñs venit cū senatorib^o terre. Et sic
 sancti resumptis corpib^o obuiam fiet
 xpo in aera. Et sic erūt a dextris bo-
 ni: mali autē a sinistris. Sed dubium
 q̄rit. Utrū mali resurgent in hoc iud-
 cio. Quibusdā videtur qz nō. per h̄b̄
 dauid nō resurgent impij in iudicio
 neqz pctōres in cōsilio iustoy. Ad q̄s
 rñdent theologo. Quod in isto iud-
 cio: erūt tres differentie personarum
 Quidam iudicabunt: sed non iudica-
 buntur: vt ap̄li. De quib^o Mat. xvij.
 Sedebitis ⁊ vos iudicātes. xij. trib^o
 isrl. Quidā iudicabūtur ad gl̄iam su-
 sciptēdā. Et hi erūt boni. Quidā iud-
 cabunt ad dānationē eternam: et hi
 erūt mali. Surgent ergo tam boni q̄
 mali. Sz dubium q̄ritur. Surgent ne
 pueri: qui cum pctō originali dece-
 serunt. Respōdeo qz sic. Sed ad quid
 Respondeo secundum Alber. ad faci-
 endū duo. Primū ad reassumptionē
 suoy corporoy: qz vt dictū est supra pri-
 ma parte. Natura anime est vt ves-
 lit coniungi corpori: quia est forma
 iua. Secundum ad accusandum pa-

rentes: quorum defectu mortui sunt sine baptismo. Clamastra menses. O si ponerent aures ad latibula audirent voces puerorum occisorum clamantium. Vindicta vindicta dñe deus strama tres nras crudeles. Ad ppositum redeamus. Mali g erunt a sinistris et boni a dextris. Et q: vt hz Tho. ij. ij. q. lviij. ad. vi. Et. ff. de officio pldis. l. Mlicitas Iudex non debz iudicare nisi hz allegata. Ideo strare reprobos vi. testes erit. ¶ Primus erit natura angelica Job. xx. Reuelabunt celi iniquitatem eius. Ideo d: Lu. xxi. Quod strates celorum mouebunt. i. potestates angelice vt peccatores accusent: et straeos testimoniu ferant. Practica sup omnes stat peccator. Et contra mulieres manicarum cocinearum. ¶ Secundus erit demon. De quo Augusti. Dicturus est em ille aduersarius nri in iudicio. Equissime iudex: iudica huc esse meum ob culpam: q tuus noluit esse per gratiam. Tuus per naturam meus per miseriam. Tuus ob passionem meus ob suasionem. Tibi inobediens mihi obediens. A te accepit immortalitatis stolam: a me accepit pannos qua indurus est tunicam. Tuam vestem dimisit et cum mea huc venit. Equissime iudex iudica hunc meum esse et mecum esse damnandum. Ille. ¶ Tertius erit scia. Rom. ij. Testimonium redente illis conscia ipsorum Hieron. ad Ocea. Ad erit dies illa in qua facta nostra quasi in quadam tabula picta monstrabunt. ¶ Quartus erit totus mundus Greg. in omelia. O q anguste tunc erunt vndiq: vie reproborum superius erit iudex iratus inferius horrendum chaos: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia ad supplicium trahentia intus conscientia mordens. foris mundus ardens. Miser peccator sic depressus quo fugiet. ¶ Quintus erunt corpora celestia Luc. xxv. Erunt signa in sole et luna et stellis. Primo in sole non quo ad priuationem luminis

cum sit naturalis: sed fiet per diuinam potentem. Secundo in luna et non dabit lumen suum cum illa habeat a sole. Tertio in stellis: q: cadent de celo non quantum ad eam substantiam: cum sint incorruptibiles: sed sicut apparentia: q: comas igneas emittent. Preterea vt habet hiero. dicit se vidisse in annalibus hereticoz de. xv. signis que hnt precedere hoc iudicium. Et q prima die maria omnia se erigent. xv. cubitis supra omnes montes. Secundo in secunda die in profundo descendet. Tertium q: sicut terremotus magni q: oia alta edificia pferentur. Que signa breuitatis causa omitto. Quibus premissis erit ignis ab omnibus partibus mundi: et ascendet super omnes montes ac purgabit omnia iuxta illud ps. Ignis autem ipsum precedet et insummabit in circuitu inimicos eius. Terra etiam plana et omnia elementa purgabuntur. Sole stante in oriente. et luna in occidente vt fuerunt creata. Cessabit omnis motus Antichristus occidetur ab archangelo Michaele et fiet mundus nouus. sicut illud Apocalypsis. xxi. ca. Vidit celum nouum et terram nouam. Et sicut Alber. Venient paruuli in aliquibus latibulis huius mundi non condensatis aquis q dominum dei laudabunt vt ipse ponit super. Lucam. Un. ptz. ij. ¶ Tertium dicit. Iudei xps testibus auditis ad electos se hter dicentes eis tria verba. ¶ Primum dicit vocationis. ¶ Secundum dicit benedictionis. ¶ Tertium dicit preuentionis. ¶ Primum. et. Venite o mater mea que me genuistis: portastis: lactastis Et vos omnes sancti q in hoc seculo certam habuistis. Venite q: tempus gaudij est. Verba solatorum. ¶ Secundum dicit benedictionis. In verbo benedicti. A patre. A filio. A spiritu sancto. ¶ Tertium dicit preuentionis. In verbo possidete. Regnum in quo nulla tristitia: sed summa iocunditas. In quo nulla malicia: sed summa sinceritas. In quo nulla penuria: sed summa veritas

Feria secūda

sim bonoy desiderabilius. Et subdit
causā tanti boni dicēs. Esuriui em̄.
rē. Ubi enumerat solū opa mie. Sed
q̄ris o aīa chara: quare simpliciter fit
mentio in hoc iudicio de operib⁹ cha
ritatis. R̄idet Ambrosi. lib. officioy
dicens. Omnis sūma christiane religi
onis ac discipline in uia et pietate cō
sistit. Contra tenaces et auaros. De
inde vertet se ad malos cū voce terri
bili: totus turbat⁹. Et tu frater. N.
Inclina caputū tantisper in oculis
ad terrorem dicens. O ingrati. Ego
propter vos factus sum homo. Incar
natus; derisus; mortuus. Et vos in
omnibus inobedientes mihi fuistis.
Quapropter audite uerba mea. Cla
ma contra usurarios: et oēs uiciosos
in hoc puncto. Ite maledicti in ignē
eternū qui paratus est dyabolo et an
gelis eius. Tunc dicent mali. Da no
bis tuaz b̄dictionem. Quibus ille.
Non: sed maleditionē. Secūdo da no
bis aliquē locū refrigerij. Quib⁹ ille
In ignem. Tercio. Da nobis breuem
terminū. Ille eternum. Quarto. Da
nobis aliquam dulcē societatez. Il
le. Qui paratus est dyabolo et ange
lis eius: quasi uolens dicere. Pro ue
stro domino habebitis luciferum pro
socijs alios minores dyabulos. O uox
terribilis. O uox que pertransibit et
transuerberabit corda. O uox extra
omnē spem. Quibus dictis mali in
ignem eternū ibunt. iusti in uitaz et
nam cantando. Te deum laudamus.
Et tu frater. N. Pone corrigiam ad
collum uertendo ad crucifixum faciē
fac orationem dicens. Te precor o
Jesu pie p̄ illū amorē quē tulisti om̄i
generi humano: p̄ quo reliquisti pa
disum et uelstrū te carne ac n̄sa mise
ria. Te p̄cor per labores et angustias
quas. xxxij. annis pro nobis por
tasti. Te p̄cor inquam per illū asper
rimū et ignominiosū supplicij pas
sionis tue quā sustinuisti p̄ nostra vl
tima liberatione ut populi istū in ter
ra tua collocare digneris. Et tu o ma

ria indefessa aduocata nostra: implo
ra et obtine nobis istam gratiam: ut
dum sumus in hac lachrymarū ualle
faciamus talem penitentiam nostros
rum peccatoz q̄ de numero electoy
esse possimus. **AMEN.**

Cferia tertia p̄me hebdomade qua
dragesime de oratione.

Quam intrasset
Jesús hierosolimam: cō
mota est ciuitas dicens.
Quis est hic Mat. xxi. Populi autē
dicebāt. s. inferiores. hic est iesus p̄
pheta a nazareth galilee. Et igress⁹
est tēplum. Quia ut dicit glo. Exempla
nobis dabat ut similia faciam⁹. Mat
thēi. vi. Primū querite regnū dei. Et
postq̄ iuit in templū eiciebat om̄es
uendētes et ementes de tēplo. Scdm
Istiam/Tho. in cathena. Sacerdotes
ex auaricia ordinauerāt: ut in portu
cu Salomonis oues et boues et colūbe
uēderent: ne scz alijs ex defectu ho
stie animalis sacrificijs intermittere
cogere. Uidens autē x̄ps talia furore
replet⁹ facto flagello de funulis oēs
eiecit dicens. Scriptū est em̄ domus
mea dom⁹ osonis uocabitur. **¶** Que
ritur difficultas a doctorib⁹. Quare
x̄ps ausus est talis agere nō timens
eos. R̄idet hiero. Quō de facie x̄ps: q̄
dā fulgor mirabilis exibat q̄ oēs in
terrore p̄uertebat: et ei p̄radicere nō
audebant. Et nūq̄ legimus q̄ x̄ps tā
tam uindictaz exercuerit sicut nunc.
Multa em̄ opprobria sepe audiuit: et
numq̄ uindictā expetūt: ut q̄n ei dicitū
fuit. Jo. viij. Demoniū habes: tñ nūc
turbatur. Uñ hoc o bone iesu. R̄idet
Albert⁹: q̄ alie iniurie erant sue p̄
prie: ideo eas nolu it uindicare. Ista
autem erat iniuria patris: ideo eam
seuere uindicauit: ut doceret nos ini
urias proprias debere dimittere: ini
urias uero dei uindicare seuere Uñ
dicit eis. Scriptum est. Domus mea